

Dominus. Luc. 11. Beati, inquit, qui audiunt verbū Dei, & custodiunt illud. Sunt autem (ait Greg.) nonnulli, qui precepta Dei nec aure corporis percipere dignantur, & sunt nonnulli, qui hoc qui dem aure corporis percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio complectuntur, & sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt et in fletibus compungantur, sed post lachrymarū tempus ad iniquitatē redeunt. Hi profectō verba Dei nō audiunt, quia hæc exercere in opere contēnunt. Ecce veritatis vox innuat Christū nos præcessisse in dolore, & labore, sicut Esa. ait 53. Verē languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipsa veritas præcepit, vt cum in his imitemur. Matt. 16. Qui vult venire post me. s. in gloria, qui ipse introiit, tollat crucem suam, ecce dolor, & sequatur me, ecce labor. Omnes dolemus, omnes laboramus in hac valle lachrymarum. Neque enim quis tam compositæ felicitatis est, ait Boet. de consol. profa. quarto, vt non cum status sui qualitate, aliqua ex parte rixetur. Sed nos ipsos examinemus, si ita conualuit in nobis, verbum Dei, vt laborando, ac dolendo Christum sequamur. Laborant homines huius seculi, & patiuntur. Vigilat tota nocte luxuriosus, non solum patienter, sed etiam libenter, vt suam expleat voluptatem. Vigilat raptor ferro vestitus, vt prædā diripiat. Vigilat fur, vt domum suffodiat alienam. Et laborant omnes superbia filii, vt honores, quos cupiunt, assequantur. Familiare quoque iam nobis est, carnis seruare vitium.

Inter flagella quoque, & gladios etiam sub discrimine mortis vnusquisque ad sua ambit desideria, sed non sunt conformes imagini filii Dei, Christum non sequuntur, non propter Christum laborant, aut patiuntur, propter quem nec minimum eorum, quæ sustinent, patitur. Sed scilicet, qui sic Christum sequuntur, vt omnes suas actiones ad iustitiā dirigat, vt & intentio sit sana, & operatio recta. Felix, qui quicquid patitur, propter filium Dei patitur, quatenus a

corde tollatur murmuratio, & in ore versetur gratiarum actio. Hæc Ber. ser. de passione Christi 52. Sed forte dicis. Audio quidē verbū Dei, sed non cum desiderio, imo sæpe cum tædio, somno lentus, distractus, longē maiorem experior in vaniloquiis, societatibus, & c. delectationē, quā in verbo Dei. Sic licet sæpe admonitus in sermone, propono non peccare, nihilominus propositi sæpe oblitus, iterum labor, atq; iterum, qd si hoc signo extra gratiam me fore estumare debeo, desperationi proximus erō. Sed ad hæc dicendū, quia non exigitur in auditione verbi Dei delectatio sensualis, sed proptudatō voluntatis, quæ hæc sensualis inclinatio vincatur, cui etiam non contentiatur, etiam si cum labore, retrahit societas, grauat somnus aduolant cogitationes. Si tñ resistitur, si non obstantibus his, sermo auditur, somnus pro posse excutitur, à distractionē mens reuocatur, voluntas iā dominatur, & verbū Dei etiam quod merito auditur, si tñ semper eo animo auditur vt vita hinc emēdetur. Quod si forte ex infirmitate homo labitur, iā etiā diuinus sermo disponit, quid agendū, vt desperatio opprimatur. Peccatum quidē cauendū est, qd siq; inciditur, ita tim per penitentiam ad Christū aduocatū nostrū reuertatur. Sicut Ioan. ait. Hæc scribo, vt nō peccetis, sed etsi quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrem Iesum Christū. Et Iud. 2. sententiarūca. 23. Omnino inquit, peccatū cauendū est, qd si humana fragilitate peccatū surreplerit, confessim erit corrigendū qd nequiter sentitur admittitur. Citō. n. corrigitur culpa, que citō cognoscitur. Tardius autē sanatur vulnus, qd iam putrelcētibus membris longo tempore curationibus adhibetur. Itaq; qui citō corrigit, quod malē deliquit, verbū Dei non inaniter percipit. Vnde Chry. super illud Ma. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus, ait. Non paruus est exauditū verbi profectus. Nā qui audit, & seipsum reprehēdit, sepe & alius ingemiscit, vt quandoq; sit deus. & merueniat, iludeat etiā

An qui audit verbū Dei, sed non cum desiderio sit extra gratiam.